

**Explicit liber Egidii secundus. In
incipit liber Egidii tertius. Capitu I**

Liber egipti prophete
secundus. filij sacri. fi
lij azarei. filij belchie
filij sadai. filij sadoch
filij achitob filij achie
filij pbinees. filij beli
filij amerie. filij asiei. filij marimorb. fi
lij arna. filij ozie. filij boruth. filij abisei.
filij pbinees. filij eleaz. ar. filij aarō. ex tri
bu leui. qui fuit captiuus in regione me
dorum in regno artaxerxis regis persa
rum. Et factum est verbum domini ad
me dicens: **G**ade et nuncia populo meo
facinora ipsorum et filijs eorum iniqui
tates quas in me admiserunt. ut nunci
ent filijs filiozum quia peccata parentū
ipsorum in illis creuerūt. **O**bliti. n. mei
sacrificauerunt dñs alienis. **N**onne ego
eduxi eos de terra egipti. de domo serui
tutis? **I**psi autem irruerunt me. et cō
silia mea spreuerunt. **T**u autem excute
oculum capitis tui. et projice omnia ma
la super illos. quoniam non obedierunt
legi mee. **P**opulus autem est indiscipli
natus. **E**sque quo eos sustinebo quibus
rara beneficia cōtuli. **R**eges multos pp
ter eos subueri pharaonem cum pue
ris suis et omnē exercitum eius percussi.
Omnes gentes a facie eorum perdidit
et in oriente provinciarū duarum popu
los tyri et sidonis dissipavi. et omnes ad
uersarios eorum interfeci. **T**u vero lo
quere ad eos dicens: **H**ec dicit dominus
Nepe ergo vos per mare transmeaui
et plateas vobis initio mūtias exhibui.
Puicem vobis dedi moysen et aaron sa
cerdotem. lucem vobis per colūnam ig
nis prestavi. et magna mirabilia feci i vo
bis. **V**os autem mei obliti estis dicit do
minus. **H**ec dicit dominus omnipotens
Confirmavit vobis in signo fuit: castra vo
bis ad tutelam dedi. et illic murmura

stis. et non triumphastis in nomine meo
de perditione inimicorum vestrorum.
sed adhuc nunc vsq; murmurastis. **U**
bi sunt beneficia que prestavi vobis. **N**ō
ne in deserto cum esuriretis proclama
stis ad me dicentes: ut quid nos i deser
tu? istud adduxisti interficere nos? **M**el
lius nobis fuerat seruire egiptijs q̄ mo
ri in deserto hoc. **E**go dolui gemitus ve
stros et dedi vobis manā in escam. **P**an
em angelorum manducastis. **N**onne
cum sitiretis petram excidi. et fluxerunt
aque in saturitate? **P**ropter estus folijs
arborum vos texi. **D**ivisi vobis terras
pingues: chanaanios et pherezios et phi
listinos a facie vestra proieci. **Q**uid fa
ciam vobis adhuc dicit dominus? **H**ec
dicit dominus omnipotens. **I**n deser
to cum essetis in flumine ammoreo siti
entes et blasphemantes nomen meum.
non ignem vobis pro blasphemis de
di. sed mittens lignum in aquam. dul
ce feci flumen. **Q**uid tibi faciam iacob?
Noluisti obedire iuda. **T**ransferam me
ad alias gentes. et dabo eis nomen me
um: ut custodiant legitima mea. **Q**uo
niam me dereliquistis. et ego vos dere
linquam. **P**erentibus vobis a me mi
sericordiam non miserebor: quando iuo
cabitis me. ego non exaudiam vos. **I**ta
culastis enim manus vestras sanguine
et pedes vestri impigri sunt ad cōmittē
da homicidia. **N**on quasi me dereliqui
stis. sed vos ipsos dicit dominus. **H**ec
dicit dominus omnipotens. **N**ōne ego
vos rogavi ut pater filios. et mater filias
et ut nutrix parvulos suos: ut essetis mi
hi in populum. et ego vobis in deum. et
vos mihi in filios. et ego vobis in patrē
Ita vos collegi. ut gallina pullos suos
sub alas suas. **M**odo autem quid faciā
vobis? **P**roiciat vos a facie mea. **O**blationem
cum mihi attuleritis auertaz
faciem meam a vobis. **D**ies enim festos
vestros: et neomenia et circumcisiones